



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 43. Diœcesanæ Synodi Namurcensis Statuta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Sæc. XVII.
A.C. 1659.

§. XLII.

Synodi Monasteriensis Decreta.

Cum Christophorus Bernardus de *Hartzk. t.9.*
Gallen Monasteriensis Episcopus *Conc. Germ.*
expertum haberet, quod ex Clero non-
nulli in prioribus Synodis salubriter de-
creta minus religiose servarent, hinc
rursus die vigesima septima Martii Sy-
nodum Diæcesanam celebravit, in qua
Archidiaconis injunxit, ut fideliter re-
ferant, an diebus Dominicis lectio Ca-
techetica habeatur, & utrum quædam
matrimonia in gradibus prohibitis con-
tracta sint, & an contrahentes prius de
rebus fidei solerter instruantur. Sta-
tuit etiam, ut rudes & literarum ignari
ad usum Rosarii B. V. non modo in Ec-
clesia sub Divinis, ad quæ ex præce-
pto tenentur, sed etiam in suis ædibus,
quando rei Sacræ interesse non possunt,
incitentur, imo & cogantur.

§. XLIII.

*Diæcesane Synodi Namurcensis
Statuta.*

Eodem anno die quarta Maji Joannes *Conc. Germ.*
a Wachtendonck Namurcensis Epi- *l.c. p. 844.*

scopus suam quoque habuit Synodus
Diæcesanam, in qua præter alia suasit

L 1 5

Epi-

Sæc. XVII. Episcopus, ut Baptizatus adultus
 A. C. 1659 die anniversaria sui Baptismi peccata
 sua confiteretur, Sacramque recipere
 Synaxin Statutum quoque, ut im-
 minæ nimis nudæ, aut indecenti habitu
 induitæ, vel juvenes, ut scemna
 compti non admittantur ad confe-
 nalia: confessarii autem sequantur con-
 fessionem magis probabilem & securam
 nec se fundent facile in unius Do-
 ris Neoterici sententia: suos quoque
 pœnitentes prævia dispositione per acci-
 supernaturales fidei, spei & charitatis
 inducant ad cordiale dolorem con-
 tam ex timore pœnarum, quam ex de-
 lectione Dei: Prohibitum insuper,
 nullus sine licentia Ordinarii scripto
 orcis et, nec aliis quam ab Ordinariis
 approbatis utatur exorcismis: dete-
 tur etiam Synodus vanitatem illorum
 qui certo numero & forma verbora
 aut precum certas animas e purgatorio
 semper liberari afferunt. Prae-
 psit insuper Synodus Sacellani,
 tempus ita distribuant, quatenus me-
 horam medium pro meditatione re-
 pendant, dein recitatio Divini Offi-
 lectio Sacra, opus manuum, pro-
 dium, a meridie autem recitatio ex-
 sperarum, deambulatio, lectio opus
 manuum, cæna & examen conscientia
 sequatur. Denique Synodus interdiu

Vid. supra
§. III.
pag. 348.

Confessariis usum quarumdam opinio- Sæc. XVII.
num nimis laxarum, quarum potissimæ A.C. 1659.
jam a Gandavensi Episcopo & Lo-
vaniensi Universitate fuerunt proscri-
ptæ.

§. XLIV.

Quorundam Scriptorum Catholicorum decessus & opera.

Inter Scriptores Catholicos, qui ob *Dupin nouv.*
lucubrationum suarum præstantiam Bibl. des
sui desiderium reliquere, celebrires Aut. Eccl.
funt. I. Joannes Morinus Oratorii Sa-
cerdos, qui ex Calvinianis Parentibus t. 17. p. 227.
natus a Perronio Cardinale ad veram Niceron t. 9.
fidem revocatus est. Edidit commen-
tarium Historicum de disciplina in ad-
ministratione Pœnitentiæ: In hoc opere
Morinus integros viginti septem annos
insumpsit, ingentique solertia & eru-
ditione in veterem Ecclesiæ praxin tam
apud Latinos quam Græcos tredecim
primis sæculis usitatam inquisivit: car-
pebatur tamen a suis Censoribus, per-
inde acsi confessionem auricularem e-
vertere molitus esset, quo circa inte-
grum tractatum de *expiatione Catechu-*
menorum delere jussus est, qui tamen
postea typis prodiit. Scripsit etiam
commentarium de Sacris Ecclesiæ or-
dinationibus secundum Antiquos & Re-
centio-